



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 53. Validæ suppetiæ a Borbonio adductæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI.
A.C. 1524

sum derivare statuit. Hic ad superio-
rem civitatis partem in duos dispeſci-
tur canales, quorum amplior urbis mœ-
nia alluit, alter vero, isque angustior Gra-
velona dictus longius ab urbe pro-
greditur. Cum vero Galli urbem hac
ex parte munimentis nudam animad-
verterent, eoquod aliunde amnis adeo
profundus esset, ut nullo unquam tem-
pore vado transiri posset, hinc sibi, si
flumen ea parte, qua sese dividit, solito
suo alveo dimoveretur, totumque in ca-
nalem Gravelonam abduceretur, facile
persuadebant fore, ut urbs nullo ferme
negotio superari posset, eoquod hac ex
parte mœnia nullatenus congesta arena
essent munita. Hujus ergo operis cu-
ra demandata erat Jacobo Sillyo Cado-
mi Prætori, qui tamen immensos pecu-
niarum sumptus, ac trium hebdomada-
rum tempus frustraneo labore impen-
dit, eoquod hyemis rigor operas vix
cœptas destrueret, amnisque nivibus ac
pluviis intumescens pristinum alveum
non relinqueret, elusis triginta omnino
millium fossorum conatibus.

§. LIII.

*Validæ suppetiæ a Borbonio
adductæ.*

*Ferron. hist.
Franc.*

Cum Cæsareis Belliducibus nuncia-
tum esset, Regem Papiæ obsidio-
nem

nem moliri, quantocius Borbonii Dux iterum iterumque Sabaudiaë Ducem obtestatur, ut mutuas ei pecunias daret, quibus acceptis in Germaniam equis veredariis delatus Norimbergam venit, junctaque cum Georgio Fronspergio opera ibidem inter trium hebdomadarum spatium copias conducere cæpit, nec sine optato successu; quippe Fronspergius decies mille veteranos milites collegit, eosque in Italiam duxit, Borbonius quoque pro parte sua in Wirtembergensi Ducatu itidem sex armatorum millia conscripsit.

Sæcul. XVI.

A.C. 1524.

Guich. hist.

Sab.

§. LIV.

Pontificis consilia de induciis Gallos inter & Cæsareos conciliandis.

Verum Lanoyus & Piscarius tam exiguam hujus auxilii rationem habebant, ut nequidem expectato nuncio de successu itineris, quod Borbonius susceperat, eo absente quinquennales inducias a Papa propositas acceptarent: Obstitit tamen Galliarum Rex, præpediente eum Boniveto Admirale, cujus etiam contradictione compulsus Pontifex privatum cum Rege foedus sancire moliebatur, ministerio usus Alberti Comitis de Carpi, qui Sedis Apostolicæ

H h 3

nego-